Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.

Wien, 1794 Seite 2625

Quelle:
Copyright:

betur *Argentinae* 1485. 4. Adi igitur, si lubet, memorata *Acta*. anno methodus. Videas enim minio: *Anno domini* — An ille de labore finito laetus in cantum erupit? Tot certe sunt No — tae musicae, quot Numeri Romani ad exprimendum annum 1466. aut 1469 &c. requiruntur.

Singularis est ad calcem Librarii nostri in consignando scriptionis

XII. *fol.* 309. Rationes collectae ad stabiliendam Communionem Parvulorum.

XIII. *fol.* 321. *Tractatus de Communione Paruulorum.* Initium: *Cum secundum Apostolum, Nemo est qui aliud fundamentum possit ponere quam quod christus ihesus* &c.

XIV. *fol.* 333. *Ladislai Postbumi Bob.* Regis Edictum de servandis *Compactatis Basiliensibus* sermone *Bohemico.* Incipit: *Wegmeno pana nasſebo geziſſe kryſta v krzizowanebo — My ladſlaw kral Czeſky. s Vrozenym panem Girzikem z Cunſtatu naſſym wiernym zprawczy kralowſtwie naſſebo Czeſkebo nam milym* &c. Datum intra an. 1453 — 57. Exemplum nostrum primum ipsius *Edicti* in chartam conjecti rudimentum fuisse videtur, ita diversimode rescriptum et subpletum est. *Edictum* ipsum, nescio, an ullibi vulgatum sit.

XV. *fol.* 342. *Executoria Legatorum* Concilii *Basileensis* super *Compactatis* signata *Iglaviae* in *Moravia 5. Jul.* 1436. sermone *Bohemico.* Initium: *Wegmeno Pana naſſebo geziſſe kryſta — My ſſilberth &c. Swateho z boru legatowe* &c. Exhibetur a *Cochlaeo L. VIII. Hist. Huss.* p. 289. et a *Balbino Miscell. Hist. Dec.* I. L. 6. P. 1. p. 175. sermone latino.

XVI. *fol.* 346. p. 2. *Ratificatio Compactatorum sub bulla Concilij*, cum variis Animadversionibus. *Eugenii Bulla* ad *Bohemos* data *Bononiae* 1436. Excerpta *Compactatorum* de Communione sub Utraque *lat.* et *bob.* Notae Chronologicae de Conciliis *Basil.* et *Constant.* Satira rhythmica inscripta *dolium mundi.* Varia ab Imperatore *Sigismundo* Statuta circa negotium Religionis lingua *bohemica.* Obligatio *Regis Ladislai* circa idem lingua eadem. Responsa *data Legatis Bohemorum in Concilio Basil. missis illuc ab Imperatore ante mortem eius Anno 1437. circa natiuitatem domini. Bulla de Concilio Basilien. de seruando Judice in Egra compactato data Anno 1437. et subscripta manu Juliani*, Card. *Bulla Eugenii pape de translatione concilij Bas. in ferrariam saluis tamen compactatis inter Bohemos et Concilium sancitis. Copia mandati pro obedientia sub sigillo regni dati dominis legatis Iglauie.* 1436. Articuli in forma *salui conductus* conclusi inter Ambasiatores Concilii *Basil.* et Oratores *Bob.* 1432. *die 18. Maij in Opido Egrensi*, cum descriptione Sigilli Imperatoris, Ambasiatorum, et Concilii. Decretum factum *Basileae* post Compactata. 1437. Notata quaedam *de Coronatione Regis.* Epistola *Basileensium*